

Phoen. v. 185 sqq.:

ὅδ' ἔστιν, αἰχμαλώτιδας
ὅς δορὶ Θηβαίας Μυκηνῆσιν
Λερναίᾳ τε δώσειν τριαῖνα,
Ποσειδανίοις Ἀμυμωνίοις
ῆδασι, δονείαν περιβαλών; *)

Prudenter Nauckius: 'δώσειν pendet ab verbo dicendi, quod nescimus quo loco exciderit'. Valckenarius quidem docet verborum dicendi frequentem esse ellipsis, imprimis autem illam convenire Antigonae propter magniloquum Capanei tumorem indignanti, quibus plausum tulit Klotzii ad infinitivos historicos Latinorum provocantis, at par exemplum neuter proferre potuit, atque in his exemplis opus est, non praeceptis. Itaque coniicio :

Λερναίᾳ τε δώσειν τριαῖνα,
Ποσειδανίοις Ἀμυμωνίοις,
η ὑδασε, δονείαν περιβαλών;

Neptunii Amymonii sunt incolae Λερναίας τριαῖνης, quem locum fuisse R. Vngerus in Thebanis paradoxis Vol. I p. 193 ostendit, posteri Nymphae Amymonae e Neptuni concubitu cf. scholl. ad vs. 127, et profecto incolae aptius Neptunii dicuntur, quam aquae Neptuniae Amymoniae, quod sensit scholiasta qui annotat λείπει ὁ καὶ, καὶ εἰσὶ τὰ κτητικὰ ἀντὶ τῶν πρωτοτύπων. ἵν' γέ, Ποσειδῶνος καὶ Ἀμυμώνης. De metro adi Herm. Elem. p. 750 sqq.

Iam huic loco plures subiungam, quibus aequum verbum restitutum medelam afferet.

Hel. 375 sqq.:

ῳ μάκαρ Ἀρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε Καλλιστοῦ, Διὸς
ἢ λεχέων ἐπέβασ τετραβάμουσι γυνίοις,
ῳς πολὺ ματρὸς ἐμῆς ἐλαχες πλέον,
ἢ μορφῇ Θηρῶν λαχνογυνίων
ὄμματι λύβρῳ σχῆμα λεαιήνης
ἔξαλλάξασ' ἄχεα λύπης.

*) Textum et versuum numeros affero ex altera editione Aug. Nauckii.

Vltimi versus, qui hucusque omnes criticorum conatus eluse-runt, facillimo negotio ita sanandi sunt:

ἀ μορφῇ θηρῶν λαχνογύμων
δύματι λαβόω σχῆμα ἡέαινες,
ἔξαλλάξασ' ἄχεα λίπης.

Communi enim fama, quam praeter alios Ovidius egregie ex-pressit Met. II, 477 sqq., Callisto in ursam mutata est neque in leaenam quae propter iubam deficientem vix θήρ λαχνόγυμος dici posset,

Mens antiqua tamen facta quoque mansit in ursa;
Adsiduoque suos gemitu testata dolores,
Qualescunque manus ad coelum et sidera tollit:
Ingratumque Iovem, nequeat cum dicere, sentit.

Nec vero ὄνυχι γέννην ἔδενε φοινίαισι πλαγαῖς (347), sed ut natura ursina tulit faciei voraci laevigabat habitum unguibus.

Rursus in Oresta 496 sqq.:

ἐπεὶ γὰρ ἔξεπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον
πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς νπαὶ κάρα,
αἴσχιστον ἔργον, οὐ γὰρ αἰνέσω ποτέ,
χρῆν αὐτὸν ἐπιθέναι μὲν αἵματος δίκην
δσίαν διώκοντ' ἐκβαλεῖν τε δωμάτων
μητέρα,

quisque sentit Hermanni νπαὶ pro νπὲρ librorum locum non-dum in integrum restituisse, imo omnem caedis descriptionem hic a patris persona abhorrente, insuper sequentem versum sic parentheseos loco adiectum mirum quantum languere. Emendo igitur

πληγεὶς θυγατρός, τῆς ἐμῆς νπῆροχ' ἀράς
αἴσχιστον ἔργον. οὐ γὰρ αἰνέσω ποτέ.

Nam his Tyndareus Menelai opprobrio obloquitur: ὁργὴ γὰρ ἄμα σου καὶ τὸ γῆρας οὐ σοφόν, ac sequentia puncto rectius discernuntur quam commate.

Heracl. 763 sqq.:

κακὸν δ', ω πόλις, εἰ ἔέρονς
ἰκτῆρας παραδώσομεν
κελεύσμασιν Ἀργον.

Sic Nauckius textum dedit, qui Matthiae praeceunte Reiskii et Musgravii conjecturam recepit, certam medelam recte desiderat. Nam quod Hermannus Par. E lectionem κελεύσιμον Ἀργος agnovit et vertit 'imperandi licentiam habens Argos malum est' exquisitum quidem loquendi genus explicari poterit iis quae Lobeckius ad Soph. Ai. 634 praecepit, sed interiecta sententia obstat. Communis librorum lectio καὶ λεύσιμον Ἀργος, qua fretus propono:

κακὸν δ', ὡς πόλις, εἰλέοντες
ἰκτῆρας παραδώσουμεν
καὶ νεύσομεν ἀργῶς,

i. e. si peregrinis supplices trademus et ignave concedemus, quod verbum potentiorum proprium optime in Athenienses adversus Mycenae quadrabit.

Nec probare possum quod Nauckius Cycl. 68 suum inventum οὐδινεύματα Νυμφᾶν in textum recepit pro οὐ Νύσσα μετὰ Νυμφᾶν librorum, equidem potius illud Νύσσα in verbum νίσσει corrigo coll. 43 et 60—62.

Hel. 179 sqq.:

κναροειδὲς ἀμφ' ὑδωρ
ἔτυχον ἔλικά τ' ἀνὰ χλόαν
φοίνικας ὄλειν πέπλους
αὐγαῖσιν ἐν ταῖς χρυσέαις
θάλπονος ἀμφί τ' ἐν δόνακος ἔρνεσιν.

Graviter corrupti loci et sententiae et metro consulere mihi videor, si delecto ἔτνχον versus 180 ultimum muto in:

Θάλπον ἀμφί τ' ἦν δόνακος ἔρνεσιν,
itemque gravius etiam laborantis Amphitruonis orationis Herc. fur. 1054 sqq.:

οὐκ ἀιρεμαῖα θρῆνον αἰλάξετ', ὡς γέροντες;
μὴ δέσμῳ ἀνεγειρόμενος χαλάσσας [ἀπολεῖ πόλιν,]
ἀπὸ δὲ πατέρᾳ μέλαθρῷ τε καταρρήξῃ.

si muto:

μὴ δέσμῳ ἀνεγειρόμενος χαλάσσας ἀποδῆ πόλιν,
ἀποδῆ πατέρᾳ μέλαθρῷ τε καταρρήξῃ,

i. e. ne ex parte factus vinculis solutis alliget (ad columnam 1011) civitatem, alliget patrem aedesque deiiciat, Simso alter, qui sic tria milia Philistaeorum stravit.

Iph. Taur. 452 sqq.:

καὶ γὰρ ὀνείρασι συμβαιήνη
δόμοις πόλει τε πατρῷα,
τερπνῶν ὑμνων ἀπόλαν-
σιν κοινὰν χάριν ὅλβῳ.

Non Hermanni ὑπνων pro ὑμνων locum emendat, at infinitivus κοινοῦν pro κοινὰν.

Iph. Aul. 1338 sq.:

IΦ. ὡς τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὅχλον εἰσορῶ πέλας.

ΚΛ. τόν γε τῆς θεᾶς παῖδα, τέκνον, φὶ σὺ δεῦρ' ἐλήλυθας.

In responso matris aperte, quo et γε dicit, imperativus aufigiturae virgini imperatus deficit, quem restituo hisce:

τόν γε θεᾶς θέασαι, τέκνον, φὶ σὺ δεῦρ' ἐλήλυθας.

Nomen θεᾶς hunc absorpsit atque αἱ residuum in παῖδα μα-

tatum est, quum B τόν τε τῆς θεᾶς Ἀχιλλέα, τέκνον, φὶ δεῦρον ἐλήγλωθεν offerat.

Huic Cyclopis locum adiicere iuvat 511 sqq.:

καλὸν ὄμμασιν δεδορκώς
καλὸς ἐκπερῷ μελάθρων.
*** φιλεῖ τις ἡμᾶς.
λύχνα δ' ἀμμένει δάια σὸν
χρόα χῶς τέρεινα γύμφα
δροσερῶν ἔσωθεν ἀντρων.

Tum enim pari ratione lacunam expleo adverbio λάθροιν,
clam, praecedente μελάθρων commotus, tum inepta δάια σὸν
emendo in participium δολώσων, siquidem δολοῦν proprium
verbum est de facie corporisque pigmentis, cf. et Soph. Phil. 129.

Rursus in Andromacha 476 sq.:

τεκτόνοιν θ' ὑμνοιν ἐργάταιν δυοῖν
ἔριν Μοῦσαι φιλοῦσι κραινειν,
participium τεκτόνοιν θ' ὑμνον ἐργάταιν δυοῖν Nauckii
suspicionem ἀθ' ὑμνων τεκτόνοιν (vel ἐργάταιν) δυοῖν πικρὰν
irritam reddet, cf. Suppl. 180; atque in Helena 871 sq.:

νόμον δὲ τὸν ἐμὸν θεοῖσιν ἀποδοῦσαι πάλιν
ἐφέστιον φλόγ' εἰς δόμους κομιζετε,
participium νόμον δὲ ἐπόμενον corriget insulsum νόμον δὲ
τὸν ἐμὸν, nempe ipsius Theonoae officio famulae fungi nequeunt.

Denique Rhes. 438:

οὐχ ᾧς οὐ κομπεῖς τὰς ἐμὰς ἀμνότιδας,
οὐδ' ἐν ζαχρίσοις δώμασιν κοιμώμενος,

modo sequens vs. 442 τλάς cuique persuadebit, hic quoque
pro corrupto τὰς reponendum esse τλάς ironice dictum: in-
gentes meos haustus sustinens, coll. 419 et Hom. Il.
18, 433. Postremo participio lacunam explebo Troad. 1239:

XO. *** ἐνεπε, τίνα θροεῖς αὐδὰν;

Libri Ἐξάβη σὰς praebent, unde Hermannus θροσήσασ' eli-
cuit; similius credo illi ΕΚΑΒΗCΑC est ΕΚΧΡΗCΑC, ἐκ-
χρησασ' i. e. sufficiens, quia choro ante Hecuba nil dixer-
at nisi ὡς φίλταται γνναῖκες.

Contraria vice verba interdum aliis orationis partibus
cedant necesse est, quo refero:

Heracl. 243 sqq.:

εἰ γὰρ παρήσω τόνδε συλᾶσθαι βίᾳ
ζένον πρός ἀνδρὸς βωμόν, οὐκ ἐλευθέρων
οἰκεῖν δοκήσω γαῖαν Ἀργείοις δ' ὅκνῳ
ἰκέτας προδοῦναι καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας.

Quisque videt hic scribendum esse:

οὐκ ἐλευθέρων

οἰκεῖν δοκήσω γαῖαν, Αργείοις δ' ὅκνῳ
ἴκέτας προδοῦναν·

El. 307 sq.:

αὐτὴ μὲν ἐκμοχθοῦσα κερκίσιν πέπλους,
ἢ γυμνὸν ἔξω σῶμα καὶ στερήσομαι.

Iterum nemo negabit hic ἔξω in adverbium ἔξω mutandum esse eodem sensu adhibitum quo ἔξω τὴν χεῖρα ἔχων λέγειν Aesch. 1, 23, nam ad σῶμα στερήσομαι conferas Hel. 95 φασγάνῳ βίον στερεῖς.

Rhes. 250 sq.:

ἔστι Φρυγῶν τις ἔστιν ἄλκιμος.
ἔνι δὲ Θράσος ἐν αἰχμῇ ποτὶ Μυσῶν, ὃς ἐμὰν
συμμαχίαν ἀπίζει.

Obscurae orationi aliquam lucem adspergere mihi videor ἔνι in
ἐνὶ corrigens:

ἔνὶ δὲ Θράσος ἐν αἰχμῇ ποτὶ Μυσῶν, ὃς κτλ.

ut unus Mysus multis Phrygibus opponatur, praesertim quum Mysi Graecis contemtui fuerint, cf. Plat. Gorg. 521, c εἰς σοι Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν.

In Helena 1051 Menelaus uxori ipsius mortem publicaturaे respondet:

κακὸς μὲν ὄρμις: εἰ δὲ κερδανῷ λέγειν,
ἔτοιμός εἴμι μὴ θανὼν λόγῳ θανεῖν.

Aperte corruptum λέγειν in λιγεῖ emendandum est, quo bene figurata ab initio oratio continuatur.

Agmen claudat Herc. fur. 177 sqq.:

Διὸς κεραυνὸν δ' ἡρόμην τέθριππά τε,
ἐν οἷς βεβηκώς τοῖσι γῆς βλαστήμασι
Γίγασι, πλευροῖς πτήν' ἐναρμόσας βέλη,
τὸν καλλίνικον μετὰ θεῶν ἐκώμασε.

Nauckius ἐν οἷσι συμβάντις pro ἐν οἷς βεβηκώς proponit; mihi sequentia suadent βέβηλος pro βεβηκώς, i. e. contaminatus sanguine Terrae natorum.

(Continuabuntur.)

Thoruniae.

Otto Goram.